

VOTA,
AUSPICATISSIMIS NUPTIIS,

VIRI *AMPLISSIMI* & EX-
CELLENTISSIMI,

DN. M. ERNESTI RÖNGBI.

Gymn. Thorun. Rectoris vigilantissimi;

Cum

VIRGINE

*MORUM ELEGANTIA SINGULA-
RITER CONSPICUA*

**DOROTHEA HEI-
SELMEJERIA,**

MAGNIFICI & NOBILISSIMI

DN. GEORGII CZIMMER-

MANNI, REGIÆ MAJESTATIS

BURGGRABII, PRÆ-COS: & c.

PRIVIGNA;

dicata à

Gymnasii Thorun. Professoribus

& Docentibus aliis.

1669. 20. Febr.

THORUNII excudit Joh. Cœpselius, Gymn. Typogr.

XIX, 390

Ad SPONSUM EXCELLENTISS:

Collegam & Amicum è paucis.



Conjugium nostræ si qua est Academia vitæ,
Id quod sæpè Cohors dicere docta solet:
Tunc in eo pariter Tu, qui sapienter habenas
Gymnasii tractas, discere multa potes.
Theiologia DEUM sistit Sponsumq; Patremq;;
Quis, nisi sit Sponsus, vel Pater, ista capit?
Ut facias facio, do ut des; hæc Regula cordi
Sit Tibi, Consultus sic quoq; Juris eris.
Conjugium est contra Medicina libidinis æstum;
Si non vis uri, nube, medela patet.
Tristis idem nobis dat grata malagmata vitæ;
Tenta, sic medicas experieris opes.
De Sophie quæris? magnæ penetralia Matris,
Naturæ, credas semper aperta fore.
Virtutem simul hic sectabere; quid patientem,
Prudentem, aut castum quid fiet esse, scies.
Sic & Theiologus, (thalami quod vincula præstant)
Sic σοφός, & Medicus, sic quoq; Juris amans.
Det Naturæ Opifex, Virtutis Amator, & Æqui,
Theiologiæ Autor, det, precor, ipse DEUS:
Quò Vir, quò Pater, & quò Gymnasiarcha beatus,
Mi Sponse, ex voto tempora cana cluas!

L. m^o adjecit

M. JOHANNES NEUNACHBACH

Eccl. Evangel. Thor. Senior, ad D. Mariæ Pastor.

& SS. Theol. in Gymn. Profess. Ordin. VIR

VIR Celebris quoniam Regis Te Nomen & Omen
Rectorem voluit, res habuitq; ratum,

Gymnasi Regimen dedit alma Thorunia Regi,
Præter quod regimen tradidit ipsa domus.

Numina qui possis Regis veneranda tueri,
Næ Regina Tibi juncta, tuenda iurvet?

Quamvis Gymnasi Vir Præ-Clarissime nostri
Ex animi votis sceptrum tenere queas;

Non tamen ex votis poteris simul esse beatus
Oeconomus, propriæ Rex dare iussa domo.

Nam minor est sensus, monet ut sententia trita,
Pluribus intentus, vix duo faustus agit:

Rex eris, & felix, habeat si provida Rectrix
Divisum imperium, fausta domumq; regat.

Non poteris melius Regnis prodesse duobus,
Quam si concedas altera sceptrum pari.

Hoc facis, ergo Tibi, Vir Præ-Clarissime, grator,
Commodiorem modo qui duo Regna regis.

SIMON WEISS / ad D. Mariæ
Ecclesiast. & Profess. Gymnasi.

S O N N E T.

S Wohlgepaartes Paar / dem igt die Sonne scheint!
Ich freue mich mit Euch. Zu zahlen alle Psliche
Ist zwar mein Verß zu schlecht / dem Krafft und Safft
gebricht.


Doch nehmet willig an / was er von Herzen meinet.

Es weiche weit hinweg / wer heut' aus Trauren weinet:
 Der angenehme Tag erduldet solches nicht.
 Ist ja ein Unglücks-Sturm auff diesen Ort gerichtet/
 So sey der Gang zu Euch vom Himmel ihm verneinet.
 Lebt in vergnügter Ruh' / in Fruchtbarkeit und Lust.
 Euch werde nicht der Wind von Antien bewußt.
 Gott selber wird es schon / wie es ist seelig / machen.
 Wie stimmt die ganze Schaar der Wohlgesinnten bey.
 Sagt aber Zoilus; daß ihm zu wider sey
 Mein Wunsch: so wünsch ich ihm zu Lohn ein Sarder Lachen.

Zu ehren seinem treu-erkanten Sorgens-Freunde
 und dessen Liebsten setze solches

M. Samuel Scheltwig von Gur aus Schlesien / des Gymnastii Profess. und Conrector.

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΓΑΜΟΥΝΤΑ.


 ΗΤΙΓΕ ΘΑΥΜΑΖΩ, ΒΑΣΙΛΕΥ ΠΟΛΥΦΙΛΑΤΕ,
 ΤΕ, ΤΩΔΕ

ὍΤΤΙ ΓΑΜΕΙΣ ΚΑΙΡΩ ΙΜΕΡΟΕΝΤΑ ΓΑΜΟΝ:
 ΗΜΑΤΙ ΧΕΙΜΕΡΙΩ, ΟΠΟΤΕ ΚΡΥΘΟΣ ΑΝΕΡΑΣ ΕΙΡΓΟΝ
 ΙΣΧΑΝΕΙ, ΕΝΘΑ ΘΕΛΕΙ ΘΕΡΜΟΣ ΕΚΑΣΤΟΣ
 ΕΜΕΝ.

ΜΗ ΤΟΙΝΗΝ ΧΕΙΜΩΝΟΣ ΑΜΗΧΑΝΗΝ ΚΑΤΑΜΑΡΨΗ
 ΚΑΙ ΣΕ ΚΑΚΟΤ, ΠΡΟΣΕΧΕΙΣ ΘΑΛΠΕΟΣ ΕΥ-
 ΓΕ ΜΑΛΛ,

ΝΥΝ

ΝΥΝ ΕΠΕΙ ΟΙΚΑΔ' ΑΓΓΙΣ ΕΣ ΤΗΝ ΘΑΛΑΜΗΙΟΝ ΕΥΝΗΝ

ΤΗΝ ΕΤΙ ΜΗΝ ΑΠΤΡΟΝ, ΠΑΡΘΕΝΟΝ ΕΥΧΑΡΙΤΑ.

ΟΦΡΑ ΠΕΡΙΥΤΚΤ' ΗΓΕ ΜΕΛΗ ΣΒΟΘΕΝ ΠΕΡΙΠΟΙΗ

ΘΕΡΜΟΠΟΙΗ ΠΤΡΩ ΤΟΥ ΚΕΝ ΕΡΟΙΟ ΕΩ.

ΕΙΔ' ΑΓΕ! ΓΑΜΒΡΕ, ΜΟΔΕΙ ΦΑΙΔΡΩΣ ΠΤΡΙ, ΕΙΔ'

ΑΓΕ, ΤΟΥΤΩ!

ΘΑΡΘΗΣΟΙΟ ΚΑΛΩΣ, ΤΟΥ ΠΛΕΟΝ ΑΛΛΑ ΚΟΡΟΥ,

ΟΔΒΙΟΝ ΗΔΕ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΝ ΤΟ Δ' ΕΝΣΙ ΠΑΝΑΓΝΟΝ

ΠΤΡ ΣΕΜΝΟΙΟ Δ' ΕΡΟΤ ΚΗΡΟΘ' ΕΠΕΥΧΟΜΕΘΑ.

* * * * *

Diceris Ernestus Rex: Regis munere Regi

Fungier, ac Regem convenit esse bonum.

O Rex à Rege hinc superò & rectò benè nostrò

Cœtu, Reginâ grata feresq; tuâ.

Φιλοφροσύνης τε καὶ ευφροσύνης ἕνεκεν ἐποίησε

MARTINUS PROXILUS, Fridebergâ

Siles. Gymn. Prof. & Visitator.

Soder Herr Bräutigam wil sich auf ein Vorwerk gebē/
Kan Er ohn Me & Je & In nicht wohl und füglich leben:
Denn wo Sie häu & Je & h ist / so geht es / wie es sol /
Und Seine Sachen stehn denn noch ein mahl so wohl.

*Welches zugleich dem Hn. Bräutigam
wohlmeinend anerwünscht*

JOACHIMUS FRISICH,
GYMNASII PROFESSOR.

Offici-

PECTORA virtute informas, CLARISSIME RECTOR,
Ipsus virtutis Cultor, & artis Honor.
Virtutum Cultrix est & Tua Sponsa, quis ergo
Dextera Sponsorum confore vincla neget?
Prospera sint hac vincla, precor, nestantur eodem
Mores, virtutes, fœdere, amore pari.

GEORGIUS PRÆTORIUS,
Schol. Nova Civit. Thorun. Moderator.

Officium Tibi, SPONSE, meum ne desit, amata
Ducitur ad Thalamum nunc ubi SPONSA tuum;
Gratulor ex animo, summumq; fatigo PARENTEM,
Connubii Festi quò benè cedat opus.
Augeat Is vires Vobis & adaugeat annos:
Nam *Pia Vota* valent, dum *Pia Fata* volunt.

Id quod gratulabundus ex ipsa animi mente voyet

Michael Bapzihn / ad D. Mariæ
Cantor Gymnasiiq; Collega.

Kto ci co zá morze / lubo tež do Slastá
Stárby swe wywoża / á do domu ni kásta
Przywoża srebrá: Taki y owi zysp mája /
Ktorzy ogniem nie czystey miłości patája /
Tráca kleynot czystości / perle náder droga /
Záłości nábywaja pozbyć sey nie moga.
Co perla Penelope obdárzona bylá /
Ktora czysta bez mezá lat dwadziesćciá żylá.
Lecz precz Penelope / **DOKOŁE**U zacnieyša /
A dla sey Enot Pánienkich pochwały godnieyša.

JOH. SILENTIARIUS, Cant. P.
Dum

DUm, VIR Clare, DEUS jungit Tibi fadere Nym-
Judicio possit quæ Venus esse meo, (pham.
Ex cujus vultu Pietas scintillat honesto,
Ambrosius tanto manat ab ore lepos?
Hinc Tibi, quod fas est, fert vota Caterva Lycæi,
Atq; Tuæ Sponsæ: quæis quoq; jungo breve.
Fac, ó. Magne DEUS, vortant sua gaudia Utriq;
In dextrum: & longâ Pace fruatur Amor.

Gratulab. scrib.

GEORGIUS LEHMANNUS, Gymn. Coll.

Regia (crede mihi) res est, Clarissime Regi!
Debita legitimi jura subire tori.
Hinc igitur thalamum nec honestû Tu quia spernis
Regius & dici nomine ritè queas.
Maeste animo sociam nactus blandamq; piamq;!
Eveniant thalamo prospera quæq; tuo.

ABRAHAM Zäschke / p. r. Coll.

Vincula Conjugii Sponsis subeuntibus, ut sint
Prospera, cum reliquis hæc ego vota fero:
Sit Sponsus felix, felix sit Sponsa, quietus
Sit Thalamus, fiant & bona quæ faciunt.

Hæc Sponsis novis comprecatur

CHRISTIANUS Käyser /
Cantor Neopolitan.

Dona

402912
Dona ferant alii Sponsis & grata novellis
Carmina, pro donis hæc ego vota fero;
Nempe vovens, ut huic Thalamo benedicat Iesus,
Floreat omnigena & prosperitate domus.

Paulus Hendermannus,
Transylv. p. t. Coll.

TE Rex sacrati nunc tramite iussit amoris
Currere pinnati Rex puer ille gregis.
Ut summo stadium decurras auspice Rege
Continues & opus corde subinde precor.
Rex Tibi cum Sponsâ vitam concedat amœnam,
Vestrum nec turbet dira procella thorum.

Martinus Barthius,
Transylv. p. t. Coll.

VOs Pater Omnipotens Cœlo benedictet ab alto,
Qui regit ad nutum cuncta creata suum.
Vivite felices numerando Nestoris annos;
Ut Vestra omnimodis sit domus aucta bonis.

Franciscus Sartorius,
Transylv. p. t. Coll.

CHRISTIANUS SARTORIUS
Dona

